

Et splendida, sub auspiciis anni presentis habita, abunde testatur, quid à Cels. T. in maioribus expectandum sit: cum summum hominis bonum repudiatis omnibus fluxis, caducis et euanidis, quæ homines alias admirari earumque delectatione capi consueverunt, in vera Dei agnitione, eiusque sincero cultu, quem uno nomine Religionem vocant, reposuit. Sereno igitur vultu Codicem hunc, Iuris thesaurum, Cels. T. accipiat, meq; humilem et deuotum clientulum sibi commendatum habeat. Faxit Altissimus, ut C. T. qua cepit via, strenue progrediatur, et feliciter adolescat.

Inque Patris crescat munera magna sui.

Bene valeat Cels. T. Esselinga 9. Calend. Maii Anno à nato Seruatore supra sesquimillesimum nonagesimo septimo.

T. Celsit.

humilis & deuotus cliens

Samson Hertzog.



I N D,